

sententias pro se habent. ego quidem multa et insignia aliorum principum benignitatis exempla adducere ^(a) possem, que renumere tentantem dies visque loquendi deficeret; sed nulla utique maiora, nulla magis memoranda ^(b) se offerunt quam que tu ex
 5 abundantissima clementia perfecisti. indulgisti siquidem veniam iis qui clarissimo genitori tuo insidias moliti sunt, quem nefarie perdere et omnem eius a stirpe prolem iusque dominandi de medio tollere constituerunt ^(c). pepercisti ^(d) et iis qui te, auctorem salutis nostre, imperiosumque caput tuum summa perfidia obruere ten-
 10 taverunt ^(e). in alienis iniuriis iuris ^(f) severitatem valere voluisti, in tuis autem solam clementiam, nullumque unquam tam atrox tamque truculentum nefas contra te conceptum est quod mansuetudine tua non vinceret. et si quid amplius severitatis in hac nova receptione dominii, quam tam avide ut salutem celo demissam
 15 iam universi ^(g) vidimus, actum est, id non tua sponte neque ex tua conscientia processisse omnibus certum est. quapropter innatam tibi clementiam, que etiam ad perfidos et parricidas attingit, redde viro forti et fideli insontique proli eius, nec pati velis ut benemerrite virtutis premia perfidia occupet. Cermisonus, quem libenter
 20 preterirem ne invidiam suis faceret, nisi scirem eius beneficia nullo pacto de mente tua deleri posse, exul a patria et ceteris rebus inops huc venit. eum nondum satis notum optimus hominum ^(h) cognitor, pater tuus, suis stipendiis ascribi iussit, compertaque virtute, que plurima in eo est, suis militibus prefecit. duobus igitur et triginta
 25 annis stipendia a te itemque patre tuo vir fortis tulit, omnia belli pacisque munera strenue peregit; vos autem pro tantis meritis extulistis eum honoribus, magnificastis gloria, et opibus comple-

(a) *BO* inducere (b) *O* prememoranda (c) *O* constituerant (d) *B* pepercisti
 (e) *O* tentaverant (f) *B om.* iuris (g) *O om.* iam universi (h) *B* omnium

«da Lodovico da Pirano». Ma più attendibile ci pare la notizia riportata dal DORIGHELLO (Museo Civico di Padova, cod. B P 938, p. 114), che Bartolomeo, già condottiere della Serenissima Repubblica, morì prima del 1422 in Verona, lasciando alla fabbrica di S. Anastasia un legato di cinquecento

ducato d'oro. Della presunta complicità del marito di Caterina di Antonio Cermisone - Francesco di Lodovico Buzzacarini - nella congiura di Marsilio da Carrara contro Venezia nel 1435, onde egli fu giustiziato assieme col padre, si fece già parola nel commento all'epist. LXXIII, p. 172.